Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



nouum euangeliu reprimitur. ut nequaquam
unuam innouetur litere. sed innouatur
spe. Paulus autem cum superiori nomine nunc
questio uentilatur; crebras huiusmodi po
nit sententias, ex quibus breuitatis studio pau
ca subiectam. Ecce ego paulus dico uobis.
dico uobis. quia si circumcidamini. xpc nihil
uobis prodest. Et rursum. Euacuati estis a xpo.
qui ex lege iustificamini. a gratia excidistis.
Et infra. Si spiritu ducimini. non estis sub
lege. Ex quo apparet. qui sub lege est. non
dispensatiue ut nisi uoluere maiores. sed;
uere ut tu intelligis. eum spiritum sanctum non
habere. Qualia autem sunt preceptia lega
lia. domino docente discam. Ego inquit
dedi preceptia non bona. et iustificationes
inquibus non uiuant mihi. Hec dicimus.
ne quis legem iuxta marcionem
destruam. quia et sanctam et spiritalem nouum
iuxta apostolum. sed postquam fides uenit ex ple
nitudo temporum. misit deus filium suum
natum ex muliere factum sub lege. ut eos
qui sub lege erant redimeret. ut adoptio
nem filiorum recipiemus. Et nequaquam sub
pedagogo. sed sub adulto et domino herede u
uam. Sequitur in epistola tua. Non ido pe
tium emendauit. quo patrias traditiones ob
seruaret. Quod si facere uellet. nec
mendacium nec incongrue faceret. Item
dico. quod ipse es. et ecclesiarum xpi magister.
ut probes uerum esse quod asseris. suscipe ali
quem iudeum qui factus est xpianus, natum
sibi filium circumcidat, seruet sabbatum.
qui abstineat a cibis quos dies creauit ad
utendum cum gratiarum actione. qui quarta
decima die mensis primum agnum macter
ad uespam. et cum hoc feceris. scio eum te
xpianum. et rem sacrilegam non esse facturum.
uelis nolis tuam sententiam reprobabis? et
tunc scies opere difficile esse confirmare sua.
quam aliena reprehendere. Ac ne forsitan
tibi non crederem. immo non intelligerem
quod diceres. Frequenter enim in longum
sermo protractus caret intelligentia. et dum
non sentit ab imperitis mundi deprehenditur.
inculcas et replicas. hoc iudeum paulus dimi
serat. quod malum habebant. Quod est malum
iudeum. quod paulus dimiserat. Utique
illud quod sequitur. quod ignorantes dei iusticiam
et suam uolentes constituere. iusticie dei non
sunt subiecti. Deinde quod per passionem et
resurrectionem xpi dato ac manifestato sacra
mento gratie secundum ordinem melchisedech.
adhuc putabant uetera sacramenta non
ex consuetudine sollempnitatis. sed ex neces
sitate salutis esse celebranda. que tamen si
numquam fuissent necessaria. infructuose
atque manutenere eis machabei mites fierent.
Postremo illud. quod predicatores gratie xpiani
nos iudei tamquam hostes legis persequerentur.
Hos atque huiusmodi errores et uicia dicit se
dampnare. et ut stercora arbitrari. ut xpm
lucrifaceret. Didicimus pre que paulus apls
mala reliquerit iudeum. rursum te doceo
te discam que bona ex eis tenuerit. Obser
uationes inquies legis quas more patrio
celebrant. sicut ab ipso paulo celebrate
sunt. sine ulla salutis necessitate. Id quod
uelis dicere. sine ulla salutis necessita
te. non satis intelligo. Si enim salutem
non afferunt. cur obseruant. Si autem
obseruanda sunt. utique salutem affert.